



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvcvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XXI. De oratione Christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](#)

Q V A E S T . X X I .

**¶ Super Questionis
21. Articulum 1.**

Tirus clarus.
In corp. vnicā conclusio , Christo, fin q̄ est homo, conuenit orare. Proba, oratio est explicatio propria voluntatis apud Deū, vt eam implete. ergo si in Christo est in voluntas diuina, non cōpere- ret ei orare . ergo Christo, fin q̄ habet voluntas humana , conuenit orare. Ante cedēs patet ex antedictis. Consequientia prima probatur, quia diuina voluntas est per seipsum efficax , iuxta Ps Secunda ve-ro probatur, quia in Christo p̄ter diuinā est humana voluntas , que no per seipsum est efficax , sed ope diuina virtutis eget.

3. di. 17. art.
3. q. 1. & 4.
diff. 15. q. 4.
2r. 6. q. 2. ad
r. & 10. 11.
Li. 1. cap. 24.
in prim.

Li. 3. orth. fi.
6. 24. in pri.

2. 3. q. 8. 3. art.
1. & 2.

Q V A E S T O . X X I .

D e oratione Christi, in quatuor articulos diuisa.

DE INDE cōsiderandū est de orōne Christi. Et circa hoc queruntur, quatuor.

Primō, Vtrum Christo conueniat orare.

Secondō, Vtrum conueniat sibi secundum suam sensualitatem.

Tertiō, Vtrum conueniat sibi orare pro seipso , an tantum pro alijs.

Quartō , Vtrum omnis eius oratio sit exaudita.

A R T I C U L V S P R I M U S .

Vtrum Christo competat orare.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, q̄ Christo nō cōpetat orare. Nam sicut Dñm. * dicit, oratio est petitio decentiū à Deo: sed cum Christus omnia facere posset, non vñ ei conuenire, q̄ aliquid ab aliquo petere: ergo videretur q̄ Christo non conueniat orare.

Prat. Non oportet orando petere illud, quod aliquis scit p̄ certo esse futurum (sicut non oramus, q̄ solioriatur cras) neque est ēt conueniens, q̄ aliquis orando petat, quod scit nullo modo esse futurū: sed Christus sciebat circa omnia quid esset futurū . ergo nos conuenienter et aliquid orando petere.

Prat. Dama. * dicit in li. 3. q̄ oratio est ascensus intellectus ī Deū: sed intellectus Christi nō indigebat ascensione in Deū , quia semper intellectus eius erat Deo coniunctus, non solum secundum unionem hypostasis , sed etiam secundum fruitionē beatitudinis: ergo Christo non conueniebat orare.

SED CONTRA est, quod dicitur Luc. 6. Factum est, in illis diebus exiit in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei.

RESPON. Dicendum, quod (sicut dictum est * in 2. parte) oratio est quedam explicatio propria voluntatis apud Deū, ut cōplete. Si igitur in Christo est vna tantum voluntas, scilicet diuina, nullo modo cōpetet sibi orare, quia voluntas diuina per seipsum est effectiva eorum, quae vult, secundum illud Psalm. 134. Omnia quae cun-

A R T I C L . I .

Fque voluit Dominus, fecit: sed quia in Christo est alia voluntas diuina , & alia humana , & voluntas humana nō est per seipsum efficax ad implendū quæ vult, nisi per virtutem diuinam inde est, quod Christo ēm q̄ est homo, & humana voluntatem habens , competit orare.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod Christus poterat perficere omnia, quæ volebat , secundum quod Deus, non autem secundum quod homo, quia secundum quod homo, non habuit omnipotentiam, ut supra habitum est. *

Nihilominus tamen ipse idem Deus existens, & homo, voluit ad Patrem orationem porrige, non quia ipse esset impotens, sed propter nostram instructionem. Primo quidem, vt ostenderet se esse à patre. Vnde ipse dicit Ioān. 1.1. propter populum qui circumstat, dixi. s. verba orationis, vt credant, quia tu me misisti. Vnde Hila. in 10. de Trin. * dicit. Non prece eguit, pro nobis orauit , ne filius ignoraretur. Secundo, vt nobis exemplum orandi daret. Vnde Amb. dicit super Luc. † Noli insidatrices aperire aures , vt putes filium Dei quasi infirmum rogare, vt impetraret quod implere nō possit: potestis enim auctor obedientia magister, ad precepta virtutis, suo nos informat ex exemplo. Vnde & Augu. * dicit super Ioān. Poterat Dominus in forma serui, si hoc opus esset, orare silentio: sed ita se patri exhibere volebat precatorem, ut meminist̄ nostrum se esse doctorem.

ADO SECUNDVM dicendum, quod inter alia, quæ Christus sciuīt futura , sciuīt quedam esse fienda propter suam orationem , & huiusmodi non in conuenienter à Deo petiūt.

AD TERTIUM dicendum, quod ascensio nihil est aliud, quam motus in id, quod est sursum: motus aut, vt habetur in 3. de Ani. * dupliciter dī. Vno modo, proprie, ēm q̄ importat exitum de potēcia in actum, prout est actus imperfecti, & sic ascendere competit ei, quod est potentia sursum , & non actu, & hoc modo, ut Dama. † dicit in 3. lib. intellectus humanus Christi non egat ascensione in Deum, cum sit semper Deo unitus, & ēm esse personale, & ēm contemplationem beatam. Alio modo dicitur motus, qui est actus perfecti, id est existentis in actu: sicut intelligere & sentire dicuntur quidam motus: & hoc modo intellectus Christi semper ascendit in Deum, quia semper contemplatur ipsum, ut suprase existentem.

A R T I C U L V S I I .
Vtrum Christo conueniat orare , secundum suam sensualitatem.

AD SECUNDVM sic procedit. **V**tr̄, q̄ Christo conueniat orare ēm iūā sensualitatē. Dī cīn in Ps. 83. ex persona Christi, Cor meū, & caro mea exulta reūt in Deū iūū: sed sensualitas dī appetitus carnis. ergo sensualitas Christi potuit ascendere in Deum iūū exultando, & pari modo orando.

Prat. Eius uī est orare, cuius est desiderare illud qd̄ petit.

**¶ Super Questionis
21. Articulum 2.**

Tirus, vt sonat sumar, qm̄ in articulo distinguuntur.

In corpore vnicā est distinctio bimēbris cum dubius cōcluſionibus responsi singulis ad singula membra. Distinctio. Orare secundum sensualitatem duplice cōtingit , primo elicuisse, secundo materialiter, iuxta primum mēbris con-

ARTICVLVS III.

*Super questionis
21. articulum tertium.*

*Vtrum fuerit conueniens Christum
pro se orare.*

Conclusio est: Christus non oravit secundum sensualitatem. Iuxta secundum conclusio est: Christus oravit secundum sensualitatem. Probanatur amba conclusio in litera fatis clare, ut patet. Et tota materia est clara, quoniam & constat quod omnia non potest esse sensualitatis actus, & quod sensualitatis affectus potest esse materia, quam oratio Deo offert.

Bsed alii homines non orant secundum sensualitatem, ergo nec Christus oravit secundum sensualitatem.

RESPON. Dicendum, quod orare secundum sensualitatem potest intelligi dupliciter. Vno modo sic quod ipsa oratio sit actus sensualitatis, & hoc modo Christus secundum sensualitatem non oravit: quia eius sensualitas eiusdem naturae, & speciei sicut in Christo & in nobis. In nobis autem non potest sensualitas orare dupli ratione. Primo quidem, quia mors sensualitatis non potest sensibilia transcende re, & ideo non potest in Deum ascendere, quod reg ritur ad orationem. Secundo, quia oratio importat quandam ordinationem, prout scilicet aliquis defiderat aliquid quasi a Deo implendum, & hoc est solius rationis. Vnde oratio est actus rationis, ut in secunda parte habitum est. Alio modo potest dici ali quis orare secundum sensualitatem, quia scilicet ei ratio orando Deo proponit, quod est in appetitu sensualitatis ipsius, & secundum hoc Christus oravit secundum sensualitatem, in quantum scilicet oratio eius exprimebat sensualitatis affectum tamquam sensualitatis adiutoria, & hoc, ut nos de tribus instrueret. Primo quidem, ut ostenderet, se ueram naturam humanam suscepisse cum omnibus naturalibus affectibus. Secundo, ut ostenderet quod homini licet secundum naturalem affectum aliquid uelle, quod Deus non uult. Tertio, ut ostendat quod proprium affectum debet homo diuine uoluntati subiungere. Vnde de Aug.* in Enchir. dicit. Sic Christus hominem gressus ostendit priuatam quandam hominis uoluntatem, cum dicit, Transeat a me calix iste. Hac enim erithumana uoluntas, proprium aliquid, & tamquam priuatam uoles: sed quia rectum uult esse hominem, & ad eum dirigiri subdit, Veruntamen non sicut ego uolo, sed sicut tu: ac si dicat, Videte in me, quia potes aliquid proprium uelle, et si Deus aliud uelit.

DAD PRIMVM ergo dicendum, quod caro exultat in Deum uiuimus, non per actum carnis ascendenter in Deum: sed per redundantiam a corde in carnem, in quantum appetitus sensitivus sequitur motum appetitus rationalis.

EAD SECUNDVM dicendum, quod licet sensualitas hoc uoluerit quod ratio petebat, hoc tamen orare potere non erat sensualitatis, sed rationis, ut dictum est.*

AD TERTIVM dicendum, quod unio in persona est secundum esse personale, quod pertinet ad quamlibet partem humanae naturae: sed ascensio orationis est per actum, qui non conuenit nisi rationi, ut dictum est. * Vnde non est similis ratio.

Triulus clarus.

In corpore
duæ conclusiones.
Prima est, Christus
oravit pro se, sensuali
tatis & simplicis uol
luntatis affectum ex
plicando. Secunda
est, Christus oravit
tamen nostra fidei loquebatur.
Sic ergo uidetur quod Christus
non sibi, sed nobis orauerit.

Prat. Nullus orat nisi pro eo
quod uult: quia sicut dictum est, t
oratio est quedam explicatio uol
luntatis per Deum implenda: sed

Christus uolebat pati ea, que pa
tiebatur: dicit enim Aug.** 26.

contra Faustum. Homo plerum
que eti⁹ nolit, contristatur: et si
nolit, dormit: eti⁹ nolit, esurit,
aut sitit. Ille autem, scilicet Chri
stus, omnia ista habuit, quia uol
uit. ergo cinis competebat pro
seipso orare.

Prat. Cyprianus dicit in lib. *

de oratione dominica: Pacis &
unitatis magister noluit singilla
tim & priuatim preces fieri, ut

quas cum precari, pro se tantum
precetur: sed Christus illud im
pluit quod docuit, secundum

illud Actuum. Cepit Iesus facere
& docere. ergo Christus num
quam pro se solo oravit.

SED CONTRA est, quod ipse
Dominus orando dicit Ioan. 17.

Clarifica filium tuum.

RESPON. Dicendum, quod
Christus pro se oravit dupliciter.

Vno modo, exprimendo affectum
sensualitatis, ut supra dictum est,*

uel etiam uoluntatis simplicis, q
consideratur ut natura, sicut cu
oravit a se calicem passionis trā
ferri. Alio modo, exprimendo af
fectum uoluntatis deliberatae, quae
consideratur ut ratio: sicut cum
petit gloriam resurrectionis: &

hoc rationabiliter. Sicut enim dictum est, * Chri
stus ad hoc ut oraret oratione ad patrem, ut nobis
daret exemplum orandi, & ut ostenderet, patrem

suum esse auctorem, a quo & aeternaliter processit

secundum diuinam naturam, & secundum nat
uram humanam ab eo habet quicquid boni habet.

Sicut autem in humana natura, quædam bona ha
bebat a patre iam percepta, ita etiam expectabat ab

eo quædam bona, nondum habita, sed percipienda:

& ideo sicut pro bonis iam perceptis in humana na
tura gratias agebat patri, recognoscendo eum au
ctorem, ut pater Matth. 26. & Ioan. 11. ita etiam ut pa
trem auctorem recognosceret, ab eo orando pete
bat ea, quæ sibi deerant, secundum humanam nat
uram, puta gloriam corporis, & alia huiusmodi. Et in

hoc etiam nobis dedit exemplum, ut de perceptis a
nobis muneribus gratias agamus, & etiam nondum
habita orando postulemus.

AD PRIMVM ergo Dicendum, quod Hilarius loquitur quantum ad orationem vocalem, que non erat ei necessaria propter ipsum, sed solum propter nos, unde signanter dicit, quod sibi non proficiebat deprecationis sermo. Si enim desiderium pauperum exaudit Dominus, ut in Psalm. 9. dicitur, multo magis sola voluntas Christi habet uim orationis apud patrem. Vnde ipse dicebat Ioan. 11. Ego iciebam, quoniam semper me audis: sed propter populum qui circumstat dixi, ut credant, quia tu me misisti.

AD SECUNDVM dicendum, quod Christus uolebat quidem pati illa qua patiebatur, pro tempore illo: sed nihilominus uolebat, ut post passionem, gloriam corporis consequeretur, quam nondum habebat; quam quidem gloriam expectabat a patre sicut ab Auctore, & ideo conuenienter ab ipso eam petebat.

AD TERTIVM dicendum, quod ipsa gloria quam Christus orando petebat, pertinebat ad salutem aliorum, secundum illud Rom. 4. Resurrexit propter iustificationem nostram: & ideo illa etiam oratio, quam pro se faciebat, erat quodammodo pro aliis. Sicut & quicunque homo aliquod bonum a Deo postulat, ut utatur illo ad utilitatem aliorum, non sibi soli, sed etiam alijs orat.

**Super questionis
21. articulum quartum.**

ARTICVLVS III.

Vtrum oratio Christi semper fuerit exaudita.

Titulus clarus.
In corpore articuli una est conclusio responsiva quatuor. Omnis oratio Christi fuit exaudiens, secundum illud Rom. 4. Resurrexit propter iustificationem nostram: & ideo illa etiam oratio, quam pro se faciebat, erat quodammodo pro aliis. Sicut & quicunque homo aliquod bonum a Deo postulat, ut utatur illo ad utilitatem aliorum, non sibi soli, sed etiam alijs orat.

**3. id. 17. art.
3. q. 3. & 4.
Et apud. fito.
3. cap. 140.
Et apud. 7.
& Psl. 20.
et 10. 12. le.
4. et Heb. 5.**

citer Christi fuit ad impletum, ergo omnis oratio illa fuit exaudita. Antecedens & declaratur & probatur. Declarat ut quidem distinguendo de plena uoluntate simpliciter, uel secundum quid illa rationis uoluntas & uellebitas. Probatur uero: quia omnis uoluntas simpliciter Christi natura & uellebitas. Probatur uero: quia omnis uoluntas simpliciter Christi fuit Deo conformis, quia nihil sic voluntatis quod sciuit Deum uelle. Consequentia uero probatur duplicitate. Primo, tunc aliquius oratio exauditur, quando eius uoluntas impletur, quia oratio est interpretationis voluntatis. Secundo, quia conformitas voluntatis ad diuinam uoluntatem, est ratio exauditionis aliorum orantium, ut probatur ex auctoritate Apollonii ad Ro. 8.

Ad hanc notitiae, quod oratio est explicativa uoluntatis, & illi percuratrix.

**Ar. preced.
2. g. 2. et ar.
2. huius q.**

AD QUARTVM sic proceditur. Videatur quod oratio Christi non semper fuerit exaudita. Petite enim a se remoueri calice passionis, ut patet Matth. 26. Qui tam ab eo non fuit translatus. ergo uidetur quod non omnis oratio eius fuerit exaudita. ¶ 2 Prat. Ipse orauit, ut peccatum crucifixoribus suis signosceretur, vt patet Luc. 22. Non tamen omnibus peccatum illud fuit dimissum: nam iudei fuerunt pro illo peccato puniti. ergo uidetur quod non omnis eius oratio sit exaudita. ¶ 3 Prat. Dns orauit pro his, qui erant credituri per uerbum apostolorum in ipsum, ut omnes in eo unum essent, & ut peruenirent ad hoc, quod essent cum ipso: sed non oculis ad hoc peruenient, ergo non omnis eius oratio est exaudita. ¶ 4 Prat. In Psal. 21. dicitur in persona Christi: Clamabo per die, & non exaudies. non ergo omnis oratio Christi fuit exaudita.

SED CONTRA est, quod Apo. dicit ad Heb. 5. Cum clamore ualido & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia.

REPO. N. Dicendum, quod sicut dictum est, oratio est quodammodo interpretatio voluntatis humanae. tunc ergo aliquius orantis, exaudit oratio, quoniam eius uoluntas adimpleta. Voluntas autem simpliciter hois est rationis uoluntas: hoc

Fenim absolute uolumus, quod secundum deliberaram rationem uolumus. Illud autem quod uolumus secundum motum sensibilitatis, vel etiam secundum motum uoluntatis simplicis, que consideratur ut natura, non simpliciter uolumus, sed secundum quid. si aliud non obseruat, quod per deliberationem rationis inuenitur. Vnde talis uoluntas magis est cuncta uellebita, quam absolute uoluntas, quia absolute uoluntas, quia homo hoc uellet, si aliud non obseruat. Secundum autem uoluntatem rationis, Christus nihil aliud uoluit, nisi quod scivit Deum uelle: & ideo omnis absolute uoluntas Christi, etiam humana fuit impleta, quia fuit Deo conformis, & per consequens omnis eius oratio fuit exaudita. Nam & secundum hoc aliorum orationes implentur, quod sunt eorum uoluntates Deo conformes. secundum illud Ro. 8. Qui autem scribitur corda, scit, i. approbat, quid desiderat spiritus, id est, quid faciat sanctos desiderare, quoniam secundum Deum, id est, secundum conformitatem diuinae uoluntatis, postulat pro sanctis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod illa petitio de translatione calicis, diversimode a sanctis exponitur. Hilarius enim, super Matth. dicit. * Quod autem ut a se transfrat, rogit non ut ipse pratereat, orat, sed ut in alterum id quo a se transit, accedat: atque ideo pro his orat, qui pasturi post se erant, ut sit sensus, quomodo a me bibitur calix iste passionis, ita ab his bibatur sine spei diffidentia, si ne sensu doloris, sine meo mortis. Vel secundum Hier. * Signante dicit, Calix iste hoc est populi iudeorum, qui excusationem ignorantiem habere non possunt, si me occiderint habentes leges & prophetas, qui uaticinantur. Vel secundum Dionysii Alexandrinum, quod dicit, Transfer calicem istum a me, non hoc est, non adueniat mihi: nisi enim aduenerit, transferri non poterit, sed sicut quod praterit, nec intactum est nec permanens, sic Salvator leviter inuidentem tentationem flagitat pelli. Ambroxi. * autem dicit & Origen. & Chrysostom. quod hoc petuit quasi homo, naturali uoluntate mortem recusans. Sic ergo si intelligatur, quod petuerit per hoc, alios martyres sue passio nis imitatores fieri secundum Hilarium. ¶ uel si petuit quod timor bibendi calicis: cum non perturbaret, uel, quod mors cum non detinaret: omnino impletum est quod petuit. Si uero intelligitur petuisse quod

**Cano. 3.
Marcap. 3.
Medi**

Super illin

Max

super illin

co

quod non biberet calicem mortis & passionis, uel A quod non biberet ipsum a iudeis, non quidem est factum quod petij, quia ratio que petitionem proposituit, nolebat ut hoc impleretur: sed ad instructio nem nostram uolebat demonstrare nobis suam uoluntatem naturalem & motum sensualitatis, quem sicut homo habebat.

AD SECUNDUM dicendum, quod Dominus nō oravit pro omnibus crucifixoribus, neq; etiam pro omnibus, qui erant creditur in eum: sed pro his solum, qui erant predestinati, ut per ipsum uitam consequerentur eternam.

Vnde pater etiam responsio ad Tertium.

AD QUARTVM dicendum, q; cum dicit, Clamabo, & non exaudies, intelligendum est, quantum ad affectum sensualitatis, quæ mortem refugiebat: B exauditur tamen quantum ad affectum rationis, ut dictum est.*

In corpori.

¶ Super questionis uis-
tione secunda arte
eiusdem primum.

QUAESTIO. XXII.

De sacerdotio Christi, in quatuor articulos divisus.

T Itulus clarus. In corpore articuli est uni conclusio repon sua quarto. Christo maxime conuenit esse sacerdotem. Probatur: Proprie officium sacerdotis est esse mediator inter Deum & populum utrumque: sed hoc maxime conuenit Christo, ergo. Major declarat quo ad utramque parte officii. Minor similiter, & omnia clara sunt.

¶ In responsione ad primum considera nouissime, quod tota uita Christi in terra fuit oblatio pro humano genere, & pro patre angelis Christo post icunum, & tentationem ministrantes in his, que ad refectiorem cor

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Christo conueniat esse sacerdotem.

AD PRIMVM sic proceditur. V detur, quod Christo non conueniat esse sacerdotem. Sacerdos enim est minor angelo: unde dicitur mihi Deus sacerdotem magnum stantem corā angelo Dñi: sed Christus est maior angelis, secundum illud Heb. 1. Tanto melior angelis effectus, quanto differentius pra illis nomen hreditavit, ergo Christo non conuenit esse sacerdotem. ¶ 2 Præ. Ea, quæ fuerint in veteri testamento, fuerint figura Chri, secundum illud Col. 2. Quæ sunt umbra futurorum: sed Christus nō traxit carnis originē ex sacerdotibus veteris legis: dicitur. Apost. ad Heb. 7. Manifestum est, q; ex Iuda ortus sit Dominus noster, in qua tribu nihil de sacerdotibus Moysel locutus est, ergo Christo nō conuenit esse sacerdotem. ¶ 3 Præ. In veteri lege, quæ est figura Chri, nō fuit ibidem legislator & sacerdos: unde dicit Dominus ad Moysem legistorem, Exo. 28. Applica: Aarō fratre tuū, ut sacerdotio fungat mihi. Crux autem est latore nouae legis, fī illud. Hier. 3. Dabo legē meā in cordib. corū, ergo Christo nō conuenit esse sacerdotem.

SED CONTRA est, quod dicitur Heb. 4. Habemus Pontificem, qui penetravit cœlos, Iesum filium Dei.

RESPON. Dicendum, quod propriū officium sacerdotis est esse mediatorē inter Deum & populum, in quantum scilicet diuina populo tradit: unde dicitur sacerdos, quasi sacra dans secundum illud Malach. 2. Legem requirent ex ore eius, scilicet sacerdotis: & iterum, in quantum preces populi offerunt, & pro eorum peccatis Deo aliqualiter satisfacit. Vnde Apostolus dicit ad Heb. 5. Omnis Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his, quæ sunt ad Deum, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis. Hoc autem maxime conuenit Christo: nam per ipsum diuina dona hominibus sunt collata, secundum illud 2. Pet. 1. Per quæ, scilicet Christum, maxima & pretiosa nobis promissa donauit, ut per hoc efficiamini diuina confortes nature. Ipse etiam humanum genus Deo reconciliavit, secundum illud Coloss. 1. In ipso, scilicet Christo, complacuit omnem plenitudinem inhabitate, & per eum reconcilire omnia. Vnde Christo maxime conuenit esse sacerdotem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod potestas hierarchica conuenit quidem angelis, in quantum & ipsi sunt medi inter Deum & hominem, ut patet per Dio. * in lib. cael. hierar. ita quod ipse sacerdos, in quantum est medius inter Deum & populum, angelus nomen habet, secundum illud Malach. 2. Angelus Domini exercituum est. Christus autem maior angelis fuit, non solum secundum diuinitatem, sed etiam secundum humanitatem, in quantum habuit plenitudinem gratia & gloria. Vnde etiam excellenti modo hierarchicam, seu sacerdotalem potestatem præ angelis habuit, ita etiam quod ipsi angeli fuerunt ministri sacerdotii eius, secundum illud Matth. 4. Accesserunt angeli, & ministabant ei, secundum tamē passibilitatem carnis, modo ab angelis minoratus est, ut Apostolus dicit Heb. 2. Et secundum hoc, conformis fuit hominibus uiatoribus in sacerdotio constitutis.

AD SECUNDVM dicendum, quod sicut Damas. * dicit in 3. lib. quod in omnibus est simile, idem utique erit, & non extraneum. Quia igitur sacerdotium veteris legis erat figura sacerdotii Christi, noluit Christus nasci de stirpe figuralem sacerdotum, dicitur. ut ostenderetur non esse omnino idem sacerdotium; sed differre sicut uerum a figurali.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut supra dictum est, alii homines particularim habent qualia dam gratias: sed Christus tamquam omnium caput habet perfectionem omnium gratiarum: & ideo quantum ad alios pertinet, alius est legislator, & alius sacerdos, & alius rex; sed hec omnia concurrunt in Christo tamquam in fonte omnium gratiarum. Vnde dicitur Ita. 33. Dominus iudex noster, Dominus rex noster: ipse ueniet & salubrit nos.

L. 3. Orth.
fid. 26. cir.
ca fin.

D. 1094.

ARTICVLVS SECUNDVS.

Vtrum Christus simul fuerit sacerdos & hostia.

¶ Super ques. si-
milarum arti-
culum secundum

¶ 8. art. 4. &
alii eiusdem

q. 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.

¶ 18.